

304. Si nullis distenduntur turundis, raro deteguntur, aer arcetur, suctu artificioso, & nixu respirationis debito expellitur aer admisus, frigus caute vitatur, brevi & optime sanantur, si curabilia sunt.

305. Tumque praecaventur omnia illa & saeva symptomata. (301.)

VULNERA ABDOMINIS.

306. **A**bdominis vulnera non penetrantia in cavitatem noscuntur. 1. stylo, & situ. 2. injectu. 3. causa vulnerante cognita, & natura vulneris.

307. Si profunde fere usque ad peritoneum penetraverint, debilitatis ibi tegumentis, herniae occasionem praebent in corpore robusto; Pejus nihil, quam, si oblique decurrentia inter integumenta abdominis fistulosa vulnera effecerint.

308. Quare sutura, ligaturaque his propiciendum: in caeteris curatio communis vulnerum sufficit.

309. At ead. m in cavitatem Abdominis ire liquet. 1. Stylo, & situ. 2. Injectu. 3. Causa vulnerante cognita, & natura vulneris. 4. egressu contentorum.

310. Si tum omnia Symptomata levia, dolor, febris, inflammatio absunt, posito in vulnus aegro crux non exit, injectus liquor

liquor immutatus redit, interiora illaesca
scimus.

311. Illico arcendus aer, ingressus suetu
& exspirationis nixu excludendus; gastro-
raphia consuenda integumenta, turundae
auferendae; balsami illitu, decubitu in vul-
nus, quiete corporis, victu leni, humido,
parco, rara delegatione percurabitur.

312. Si acutus dolor, febris, inflamma-
tionis signa, crux, ichor, potus, cibus,
chylus; bilis, pus, urina, sterlus, foe-
tor, ex vulnere exeuntia, causa vulnerans,
situs & natura vulneris, pallor, sudor fri-
gidus, inquietudo, animi deliquia, pul-
sus defectus praesentia considerantur, do-
cebunt, laesa vasa vel viscera abdominalia,
& quae.

313. Tum infinita mala sequuntur, par-
tim 1. a natura viscerum, tenui vasculosa,
non musculosa, difficillimae circulationis,
nec nisi clauso abdomine absolvendae. 2. a
functione laesa visceris. 3. ab effusi cruo-
ris copia, corruptione. 4. ab aeris ingressi,
rarefacti, prementis, actione.

314. Unde lethalia saepe sunt. At in-
testinalaesca, & pertractioni oblata, con-
suenda si magnis; sibi linquenda, si parvis
vulneribus laesa sunt, & reliqua peragenda,
ut (311.) dictum est.

315. Si per latum vulnus illaesum inte-
E s. stinum

stinum exit, foveatur animalibus vivis dissectis applicatis, vel fomento idoneo; reponatur; fiant reliqua, ut (311.)

316. Si per parvum exevns foramen, tumens flatu, inflammatu, foece, reduc non possit; fotu, punctu, dilatatu vulneris, reponitur.

317. Si vulnera, suppuratione, gangrena, fistulae intestinalis pars ablata est, pars superior se offerens, vel prudenter adducta, affuenda foramini vulneris.

318. Si omentum exierit, & humidum calidum, rutilo sanguine rubescens adhuc est, reponendum, ut (316.)

319. Si siccum, frigidum, lividum, ligatura, sectione, fotu, curatum reponendum est.

320. Missio sanguinis largior, clysmata in initio injecta si crassa illaesfa, diaeta, blanda respiratio, quies, situs, palmaria hic remedia.

C O N T U S A.

321. Si durum, obtusum, corpus motu, resistentia, moris vel pressu, multa vascula simul confregit, laesio haec Contusio vocatur.

322. Cujus idea, accumulatio vulnuscularum cum attritu solidorum, & vasculorum.

323*